

493

Lib. IV. Cap. I.

planetarum cognoscitur, quod prope sint, Scaliger ad scientiam ω refert, cum aliquid scimus ex adjuncto, quod cum eò cohaeret inseparabiliter, utitur Scaliger hoc exemplo: Gallina, quando cantat, peperit ovum: cantus iste non est causa partus, nec partus est causa cantus, inseparabiliter tamen ista cohaerent: Scientia $\delta\iota\sigma\tau\iota$ autem, seu cur res sit, dicitur illa, quæ per causam habetur, Vid. Philop. ad d. l.

9. Sicut autem scientia non est ejusdem rationis: ita demonstrationis, quia est instrumentum, & natura ejus ex scientia, tanquam fine æstimanda est, diversi gradus dantur. Primus gradus respondet scientiæ $\delta\iota\sigma\tau\iota$ & dici solet demonstratio $\delta\iota\sigma\tau\iota$; alter respondet scientiæ ω , & demonstratio ω vocatur.

10. Not. De duobus hisce demonstrationis gradibus vox demonstratio prædicatur ut commune $\omega\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota\epsilon\upsilon$, quia non solum nomen demonstratio, sed etiam quodam modo natura demonstrationis utrique competit, quamvis demonstrationi $\delta\iota\sigma\tau\iota$ competat primario, demonstrationi ω autem secundario, & quatenus ad illam, nempe demonstrationem $\delta\iota\sigma\tau\iota$ refertur.